

eum, & duos filios ejus, & quosdam pueros ejus. Et fecit deceptionem magnam in Israël, & reddidit mala pro bonis.

R. Refulsit sol in clypeos aureos, & resplenduerunt montes ab eis: **•** Et fortitudo Gentium dissipata est. **¶** Erat enim exercitus magnus vadē, & fortis: & appropriavit Judas, & exercitus ejus in pralio. Et.

Lectio ij.

ET scripsit hæc Ptolemæus, & misit regi, ut mitteret ei exercitum in auxilium, & traderet ei regionem, & civitates eorum, & tributa. Et misit alios in Gázaram tollere Joánnem: & tribunis misit epistolatas, ut venirent ad se, & daret eis argentum, & aurum, & dona. Et alios misit occupare Jérusalem, & montem templi. Et præcurrens quidam, nuntiavit Joánni in Gázara, quia periit pater ejus, & fratres ejus, & quia misit te quoque interfici.

R. Ornauerunt faciem templi coronis aureis, & dedicauerunt altare Dómino: **•** Et facta est lætitia magna in pópulo. **¶** In hymnis & confessionibus benedicébant Dóminum. Et facta.

Lectio iij.

UT audivit autem, vehemēter expávit: & comprehendit viros, qui vénerant perdere eum, & occidit eos: cognovit enim quia quærebant eum perdere. Et cætera sermónum Joánnis, & bellorum ejus, & bonarum virtutum, quibus fortiter gessit, & ædificii murorum, quos extruxit, & rerum gestarum ejus: ecce hæc scripta sunt in libro dierum sacerdotii ejus, ex quo factus est princeps sacerdotum post patrem suum.

R. In hymnis & confessionibus benedicébant Dómino: **•** Qui magna fecit in Israël, & victoriam dedit illis Dóminus omnipotens. **¶** Orna-

uerunt faciem templi coronis aureis, & dedicauerunt altare Dómino. Qui magna. Gloria Patri. Qui.

Ad Magnificat, Antiphona.

Exáudiat Dóminus orationes vestras, & reconciliétur vobis: nec vos déserat in tēpore malo Dóminus Deus noster.

**DOMINICA IV.
Octobris.**

In primo Nocturno.

Incipit liber secundus Machabæor. **Lectio j.** Cap. 1.

FRATRIBUS, qui sunt per Ægyptum, Judæis, salutem dicunt fratres, qui sunt in Jerosólymis, Judæi, & qui in regione Judææ, & pacem bonam. Beneficiat vobis Deus, & meminerit testamenti sui, quod locutus est ad Abraham, & Isaac, & Jacob servorum suorum fidelium: & det vobis cor omnibus ut colatis eum, & faciatis ejus voluntatem corde magno, & animo volenti. Adapériat cor vestrum in lege sua, & in præceptis suis, & faciat pacem. Exáudiat orationes vestras, & reconciliétur vobis, nec vos déserat in tēpore malo. Et nunc hic sumus orantes pro vobis.

R. Adapériat Dóminus cor vestrum in lege sua, & in præceptis suis, & faciat pacem in diébus vestris: **•** Concedat vobis salutem, & redimat vos à malis. **¶** Exáudiat Dóminus orationes vestras, & reconciliétur vobis, nec vos déserat in tēpore malo. Concedat.

Lectio ij.

FACTURI igitur quinta & vigésima die mensis Casleu purificationem templi, necessariam duximus significare vobis: ut & vos quoque agatis diem scenopégia, & diem ignis, qui datus est quando Nehemias ædificato templo & altari obtulit sacrificia. Nam cum in Persidem ducerentur patres nostri, sacerdotes, qui

qui tunc cultores Dei erant, accēptum ignem de altari occulte absconderunt in valle, ubi erat puteus altus, & siccus, & in eo contutati sunt eum, ita ut omnibus ignotus esset locus.

R. Exáudiat Dóminus orationes vestras, & reconciliétur vobis, nec vos déserat in tēpore malo, **•** Dóminus Deus noster. **¶** Det vobis cor omnibus ut colatis eum, & faciatis ejus voluntatem. Dóminus.

Lectio iij.

CUM autem præterissent anni multi, & placuit Deo ut mitteretur Nehemias à rege Persidis: nepotes sacerdotum illorum, qui absconderant, misit ad requirendum ignem: & sicut narraverunt nobis, non invenerunt ignem: sed aquam erassam. Et jussit eos haurire, & afferre sibi: & sacrificia, quæ imposta erant, jussit sacerdos Nehemias aspèrgi ipsa aqua, & ligna, & quæ erant superposita. Utque hoc factum est, & tempus affuit, quo sol refulsit, qui prius erat in nubilo, accensus est ignis magnus, ita ut omnes mirarentur.

R. Congregati sunt inimici nostri, & gloriantur in virtute sua: cōtere fortitudinem illorum Dómine, & dispèrge illos: **•** Ut cognoscant, quia non est alius qui pugnet pro nobis, nisi tu Deus noster. **¶** Dispèrge illos in virtute tua, & déserte eos protector noster Dómine. Ut cognoscant. Glória Patri. Ut cognoscant.

In secundo Nocturno.

Ex Tractatu Sancti Joánnis Chrysostomi super Psalmum quadragesimum tertium.

Lectio iv.

DEUS, auribus nostris audivimus, patres nostri annuntiarunt nobis opus, quod operatus es in diébus eorum. Hunc Psalmum dicit quidem Propheta, dicit autem non ex persona propria, sed ex

persona Machabæorum, narrans & prædicans quæ futura erant illo tēpore. Tales enim sunt Propheta: omnia tēpora percipiunt, præsentia, præterita, futura. Quinam sint autem hi Machabei, quidque passi sint & quid fecerint, necessariam est primum dicere, ut sint aperiōra quæ in argumento dicuntur. Hi enim, cum invasisset Judeam Antiochus qui dictus est Epiphanes, & omnia devastasset, & multos qui tunc erant, à patris institutis resiliere cogisset, permanserunt illi ab illis tentationibus.

R. Impetum inimicorum ne timeritis: memores estote, quomodo salvi facti sunt patres nostri: **•** Et nunc clamemus in coelum, & miserabitur nostri Deus noster. **¶** Memento mirabilium ejus, quæ fecit Pharaoni, & exercitui ejus in Mari rubro. Et.

Lectio v.

ET quando grave quidem bellum ingruēbat, nec quidquam possent facere quod prodesset, se abscondēbat: nam hoc quoque fecerunt Apóstoli. Non enim semper apparentes in média irruēbat pericula, sed nonnumquam & fugientes & latentes secedēbat. Postquam autem parum respirarunt, tamquam generosi quidam cātuli ex antris exiliētes, & è latebris emergētes, statuerunt non se amplius solos servare, sed etiam alios quoscumque possent: & civitatem & omnem regionem obeientes, collegērunt quotquot invenerunt adhuc sanos & integros: & multos etiam qui laborabant & corrupti erant, in statum pristinum redegerunt, eis persuadentes redire ad legem patriam.

R. Congregate sunt Gentes in multitudine, ut dimicent contra nos, & ignoramus quid agere debeamus: **•** Dómine Deus, ad te sunt oculi nostri, ne pereamus. **¶** Tu scis quæ

cogitant in nos: quomodo poterimus subsistere ante faciem illorum, nisi tu adjuves nos? Domine.

Lectio vi.

Deu enim dicebant esse benignum & clementem, nec unquam adimere salutem, quae proficiscitur ex poenitentia. Haec autem dicentes, habuerunt delictum fortissimorum virorum. Non enim pro uxoribus, liberis, & ancillis, patriaque eversione & captivitate, sed pro lege & patria republica pugnabant. Eorum autem dux erat Deus. Cum ergo actem dirigerent, & suas adversarios, non armis fidentes, sed loco omnis armaturae, pugnae causam sufficere ducentes. Ad bellum autem epantes non tragœdiaz excitabant, non paena canebant, sicut nonnulli faciunt: non adsciverunt tibicines, ut fit in aliis castris: sed Dei superne auxilium invocabant, ut adesset, opem ferret, & manum præberet, propter quem bellum gererant, pro cuius gloria decertabant.

Tua est potentia, tuum regnum Domine: tu es super omnes gentes: Da pacem Domine in diebus nostris. **Y** Creator omnium Deus, terribilis, & fortis, justus & misericors. Da pacem, Gloria Patri. Da.

R. vii. Refulsit sol in clypeo aureos, & resplenderunt montes ab eis: **Y** Et fortitudo Gentium dissipata est. **Y** Erat enim exercitus magnus valde, & fortis: & appropiavit Judas, & exercitus ejus in prælio. Et fortitudo.

R. viii. Duo Serachim clamabant alter ad alterum: **S** Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth: **P** Plena est omnis terra gloria ejus.

Tres sunt qui testimonium dant in caelo, Pater, Verbum, & Spiritus sanctus: & hi tres unum sunt, Sanctus. Gloria Patri. Plena est.

FERIA SECUNDA.

De libro secundo Machabæorum.

Lectio j.

Invenitur autem in descriptionibus Jeremiae Prophetae, quod iustus eos ignem accipere qui transmigrabant: ut significatum est, & ut mandavit transmigratis. Et dedit illis legem ne obliviscerentur praedictis Domini, & ut non exerrarent mentibus videntes simulacra aurea, & argentea, & ornamenta eorum. Et alia huiusmodi dicens, hortabatur ne legem amoverent a corde suo.

R. Dixit Judas Simoni fratri suo: Elige tibi viros, & vade, libera fratres tuos, in Galileam: ego autem, & Jónathas frater tuus, ibimus in Galaaditim. **S**icut fuerit voluntas in caelo, sic fiat. **Y** Accingimini filii potentes, & estote parati, quoniam melius est nobis mori in bello, quam videre mala gentis nostrae, & sanctorum. Sicut fuerit.

Lectio ij.

Erat autem in ipsa scriptura, quomodo tabernaculum, & arcam jussit Propheta divino responso ad se facto comitari secum, usquequod exiit in montem, in quo Moyses ascendit, & vidit Dei hereditatem. Et veniens ibi Jeremias invenit locum speloncae: & tabernaculum, & arcam, & altare incensae intulit illuc, & ostium obstruxit. Et accesserunt quidam simul, qui sequebantur, ut notarent sibi locum: & non potuerunt invenire.

R. Ornaverunt faciem templi coronis aureis, & dedicaverunt altare Domino: **S** Et facta est laetitia magna in populo. **Y** In hymnis & confessionibus benedicebant Domino. Et facta.

Lectio iij.

T autem cognovit Jeremias, culpans illos, dixit: Quod ignotus erit locus, donec congreget Deus congregationem populi, & propitius

fiat:

fiat: & tunc Dominus ostendet haec, & apparebit majestas Domini, & nubes erit, sicut & Moysi manifestabatur, & sicut cum Salomon petiit ut locus sanctificaretur magno Deo, manifestabat haec. Magnifice etenim sapientiam tractabat: & ut sapientiam habens, obtulit sacrificium dedicationis, & consummationis templi.

R. In hymnis & confessionibus benedicebant Domino: **S** Qui magna fecit in Israël, & victoriam dedit illis Dominus omnipotens. **Y** Ornaverunt faciem templi coronis aureis, & dedicaverunt altare Domino. Qui magna fecit. Gloria Patri. Qui magna.

FERIA TERTIA.

De libro secundo Machabæorum.

Lectio j.

Igitur cum sancta civitas habitaretur in omni pace, leges etiam adhuc optime custodirentur, propter Oniae pontificis pietatem, & animos odio habentes mala, fiebat, ut & ipsi reges, & principes locum summo honore dignum dicerent, & templum maxime munere illustrarent: ita ut Selueus Asia rex de redditibus suis praestaret omnes sumptus ad ministerium sacrificiorum pertinentes. Simon autem de tribu Benjamin praepositus templi constitutus, contendebat, obsistente sibi principe sacerdotum, iniquum aliquid in civitate moliri.

R. Hic est fratrum amator, & populi Israël: **S** Hic est qui multum orat pro populo, & universa sancta civitate Jerusalem. **Y** Vir iste in populo suo mitissimus apparuit. Hic.

Lectio ij.

Sed cum vincere Ontam non posset, venit ad Apollonium Tharsae filium, qui eo tempore erat dux Coesaryriae, & Phoenicis: & nuntiavit ei, pecuniis innumerabilibus ple-num esse ararium Jerosolymis, &

communes copias immensas esse, quae non pertinent ad rationem sacrificiorum: esse autem possibile sub potestate regis cadere universa. Cumque retulisset ad regem Apollonius de pecuniis, quae delatae erant, ille accitum Heliodorum, qui erat super negotia ejus, misit cum mandatis, ut praedictam pecuniam transportaret. Statimque Heliodorus iter est aggressus, specie quidem quasi per Coesaryriam, & Phoenicem civitates esset peragraturus, re vera autem regis propositum perfecturus.

R. Tu Domine universorum, qui nullam habes indignitatem, voluisti templum tuum fieri in nobis: **S** Conserva domum istam immaculatam in aeternum Domine. **Y** Tu elegisti Domine domum istam ad invocandum nomen tuum in ea, ut esset domus orationis & obsecrationis populo tuo. Conserva.

Lectio iij.

Sed cum venisset Jerosolymam, & benigne à summo sacerdote in civitate esset acceptus, narravit de dato indicio pecuniarum: & cuius rei gratia adesset, aperuit: interrogabat autem, si vera haec ita essent. Tunc summus sacerdos ostendit deposita esse haec, & vicualia viduarum, & pupillarum: quaedam vero esse Hircani Tobiae, viri valde eminentis, in his, quae detulerat impius Simon: universa autem argenti talenta esse quadringenta, & auri ducenta. Decipi vero eos, qui credidissent loco, & templo, quod per universum mundum honoratur, pro sui veneratione, & sanctitate omnino impossibile esse.

R. Aperi oculos tuos Domine, & vide afflictionem nostram: circumdederunt nos Gentes ad pleniendum nos: **S** Sed tu Domine extende brachium tuum, & libera animas nos.

V 4

tras.

tras. **Y.** Afflige opprimentes nos, & contumeliam facientes in superbiam, & custodi partem tuam. Sed tu Domine. Glória Patri. Sed tu.

FERIA QUARTA.

De libro secundo Machabeorum.

Lectio i.

Cap. 3. d.

Heliódorus autem, quod decreverat, perficiebat eodem loco ipse cum satellitibus circa ararium presens. Sed spiritus omnipotentis Dei magnam fecit suo ostensionis evidentiam, ita ut omnes, qui ausi fuerant parere ei, ruentes Dei virtute, in dissolutionem & formidinem converterentur. Apparuit enim illis quidam equus terribilem habens sessorem, optimis operimentis adornatus: isque cum impetu Heliódoro priores calces elisit. Qui autem ei sedebat, videbatur arma habere aurea.

R. Refulsit sol in clypeos aureos, & resplenderunt montes ab eis: **Y.** Et fortitudo Géntium dissipata est. **Y.** Erat enim exercitus magnus valde, & fortis: & appropriavit Judas, & exercitus ejus in prælio. Et.

Lectio ij.

Alii etiam apparuerunt duo juvenes virtute decori, optimi gloriâ, speciosique amictu, qui circumsteterunt eum, & ex utraque parte flagellabant, sine intermissione multis plagis verberantes. Subito autem Heliódorus cecidit in terram, eumque multa caligine circumfusum rapuerunt, atque in sella gestatoria positum eiecerunt. Et is, qui cum multis cursoribus, & satellitibus prædictum ingressus est ararium, portabatur nullo sibi auxilium ferente, manifestâ Dei cognita virtute. Et ille quidem per divinam virtutem jacbat mutus, atque omni spe & salute privatus.

R. Ornauerunt faciem templi coronis aureis, & dedicaverunt altare

Dómino: **Y.** Et facta est lætitia magna in populo. **Y.** In hymnis & confessionibus benedicebant Dóminum. Et.

Lectio iij.

Considerans autem summus sacerdos, ne forte rex suspicaretur malitiam aliquam ex Judæis circa Heliódorum consummatam, obtulit pro salute viri hostiam salutarem. Cumque summus sacerdos exoraret, iidem juvenes eisdem vestibus amici astantes, Heliódoro dixerunt: Onias sacerdoti grâcias agez nam propter eum Dóminus tibi vitam donavit. Tu autem à Deo flagellatus, nuntia omnibus magnalia Dei, & potestatem. Et his dictis, non comparuerunt.

R. In hymnis & confessionibus benedicebant Dóminum: **Y.** Qui magna fecit in Israël, & victoriam dedit illis Dóminus omnipotens. **Y.** Ornauerunt faciem templi coronis aureis, & dedicaverunt altare Dómino. Qui magna. Glória Patri. Qui.

FERIA QUINTA.

Si hæc Hebdomada fuerit ultima Octobris, in tribus sequentibus diebus leguntur Lectiones Dominicæ v. & Ferie ij. & iij. ejusdem Hebdomadæ qui si fuerint impediti, quo anno omittantur illæ Lectiones, eæ in sequenti Hebdomada hæc Lectiones in suis Feriis legi non possunt, ponantur in sequentibus Feriis ejusdem Hebdomadæ, juxta ordinem historiarum & Martyrii Machabeorum.

De libro secundo Machabeorum.

Lectio i.

Cap. 4.

Simon autem prædictus pecuniarum, & patriæ delator, male loquebatur de Onia, tamquam ipse Heliódorum instigasset ad hæc, & ipse fuisset incensor malorum: provisorumque civitatis, ac defensorum gentis suæ, & emulatorem legis Dei, audēbat insidiatorem regni di-

ce-

cere. Sed, cum inimicitie in tantum procederent, ut etiam per quosdam Simónis necessarios homicidia fierent: considerans Onias periculum contentionis, & Appollónium insannire, utpote duces Cœlesyriæ, & Phœnicis, ad augendam malitiam Simónis, ad regem se contulit, non ut civium accusator, sed communem utilitatem apud semetipsum universæ multitudinis considerans.

R. Adaperiat Dóminus cor vestrum in lege sua, & in præceptis suis, & faciat pacem in diebus vestris: **Y.** Concedat vobis salutem, & reddimat vos à malis. **Y.** Exaudiat Dóminus orationes vestras, & reconcilietur vobis, nec vos deserat in tempore malo. Concedat vobis.

Lectio ij.

Vidēbat enim sine regali providentia impossibile esse pacem dari, nec Simónem posse cessare à stultitia sua. Sed post Selénci vitæ excessum, cum suscepisset regnum Antiochus, qui Nóbilis appellabatur, ambiēbat Jason frater Onias summum sacerdotium: adito rege, promittens ei argenti talenta trecenta sexaginta, & ex redditibus aliis talenta octoginta, super hæc promittebat & alia centum quinquaginta, si potestati ejus concederetur gymnasium, & ephēbiam sibi constitueret, & eos, qui in Jerosólymis erant, Antiochenos scribere.

R. Exaudiat Dóminus orationes vestras, & reconcilietur vobis, nec vos deserat in tempore malo, **Y.** Dóminus Deus noster. **Y.** Det vobis cor omnibus ut colatis eum, & faciatis ejus voluntatem. Dóminus Deus.

Lectio iij.

Quod cum rex annuisset, & obtinisset principatum, statim ad Gentilem ritum contribules suos transfere cepit. Et amotis his, quæ humanitatis causâ Judæis à régibus

fuerant constituta, per Joannem patrem Eupolémi, qui apud Romanos de amicitia, & societate functus est legatione legitimâ, civium jura destituit, prava instituta sanciebat.

R. Congregati sunt inimici nostri, & gloriantur in virtute sua: cōtere fortitudinem illorum Dómine, & disperge illos: **Y.** Ut cognoscant, quia non est alius qui pugnet pro nobis, nisi tu Deus noster. **Y.** Disperge illos in virtute tua, & destrue eos protector noster Dómine. Ut cognoscant. Glória Patri. Ut.

FERIA SEXTA.

De libro secundo Machabeorum.

Cap. 5.

Eodem tempore Antiochus secunda profectioem paravit in Ægyptum. Contigit autem per universam Jerosolymorum civitatem videri diebus quadraginta per aëra equites decurrentes, auratas stolas habentes, & hastis, quasi cohortes, armatos, & cursu equorum per ordines digestos, & congressiones fieri cōminis, & scutorum motus, & galeatorum multitudinem gladiis districtis, & telorum jactus, & aureorum armorum splendorem, omnisque generis loricatorum. Quapropter omnes rogabant in bonum monstra converti.

R. Impetum inimicorum ne timeritis: memores estote, quomodo salvii facti sunt patres nostri: **Y.** Et nunc clamemus in cœlum, & miserabitur nostri Deus noster. **Y.** Memento mirabilem ejus, quæ fecit Pharaoni, & exercitui ejus in Mari rubro. Et.

Lectio ij.

Sed cum falsus rumor exisset, tamquam vitâ excessisset Antiochus, assumptis Jason non minus mille viris, repente aggressus est civitatem: & civibus ad murum convolantibus, ad ultimum apprehensâ civitate, Menelaus fugit in arcem: Ja-

Ja-

Jason verò non parèbat in cæde civibus suis, nec cogitabat prosperitatem adversum cognatos malum esse maximum, arbitrans hostium & non civium se trophæa capturum. Et principatum quidem non obtinuit, finem verò insidiarum suarum confusionem accepit, & profugus iterum abiit in Ammaniten.

R. Congregate sunt Gentes in multitudine, ut dimicent contra nos, & ignoramus quid agere debeamus.

V. Domine Deus, ad te sunt oculi nostri, ne pereamus. **V.** Tu scis quæ cogitant in nos: quomodo poterimus subsistere ante faciem illorum, nisi tu adjuves nos? Domine Deus.

Lectio ij.

AD ultimum in exitum sui conclusus ab Areta Arabum tyranno, fugiens de civitate in civitatem, omnibus odiosus, ut refuga legum, & execrabilis, ut patriæ & civium hostis, in Ægyptum extrusus est: & qui multos de patriâ sua expulserat, peregrè periit. Lacedæmonas profectus, quasi pro cognatione ibi refugium habiturus: & qui insepultos multos abiecerat, ipse & illantatus, & insepultus abjicitur, sepulturâ neque peregrinâ usus, neque patrio sepulchro participans.

R. Tua est potentia, tum regnum Dômine: tu es super omnes Gentes. **V.** Da pacem Dômine in diebus nostris. **V.** Creator omnium Deus, terribilis & fortis, justus & misericors. Da pacem. Glôria Patri. Da pacem. S A B B A T O.

De libro secundo Machabæorum.

Lectio j.

Sed non post multum temporis misit rex Antiochus senem quemdam Antiochenum, qui compelleret Judæos, ut se transferrent à patriis & Dei lëgibus: contaminare etiam quod in Jerosolymis erat templum, & cognominare Jovis

Olympii: & in Garizim, prout erant hi qui locum inhabitabant, Jovis hospitalis. Pessimam autem & universis gravis erat malorum incursum: nam templum luxuriâ, & comessationibus Gentium erat plenum, & scortantium cum meretricibus, sacrisque ædibus mulieres se ultrò ingerentes, intrò ferentes ea, quæ non licebat.

R. Refulsit sol in clypeos aureos, & respicuerunt montes ab eis: **V.** Et fortitudo Gentium dissipata est.

V. Erat enim exercitus magnus valde, & fortis: & appropriavit Judas, & exercitus ejus in prælio. Et.

Lectio ij.

ALtare etiam plenum erat illicitis, quæ lëgibus prohibebantur. Neque autem sabbata custodiebantur, neque dies solennes patrii servabantur, nec simpliciter Judæum se esse quisquam confitebatur. Dicebantur autem cum amara necessitate in die natalis regis ad sacrificia: & cum Liberi sacra celebrarentur, cogebantur hæderâ coronati Libero circuire. Decretum autem exiit in proximas Gentium civitates, suggerentibus Ptolomæis, ut pari modo & ipsi adversus Judæos agerent, ut sacrificarent: eos autem, qui nolent transire ad insituta Gentium, interficerent: erat ergo videre miseriam. **R.** Ornaverunt faciem templi coronis aureis, & dedicaverunt altare Dômino: **V.** Et facta est lætitia magna in populo. **V.** In hymnis & confessionibus benedicebant Dômino. Et facta.

Lectio iij.

DUæ enim mulieres delatæ sunt natos suos circumcidisse: quas, infantibus ad ubera suspensis, cum publicè per civitatem circumduxissent, per muros præcipitaverunt. Alii verò, ad proximas cœntes spe-luncas, & latenter sabbati diem celebrantes, cum indicati essent Philip-

po,

po, flammis succensi sunt, eò quod verebantur, propter religionem & observantiam, manu sibimet auxilium ferre. Obsecro autem eos, qui hunc librum lecturi sunt, ne abhorrescant propter adversos casus, sed reputent ea, quæ acciderunt, non ad interitum, sed ad correptionem esse generis nostri.

R. In hymnis & confessionibus benedicebant Dômino: **V.** Qui magna fecit in Israël, & victoriam dedit illis Dôminus omnipotens. **V.** Ornaverunt faciem templi coronis aureis, & dedicaverunt altare Dômino. Qui magna. Glôria Patri. Qui magna. S A B B A T O.

Ante Dominicam v. Octobris nisi sit dimittenda, quia hæc proximior sit Kalendis Novembris.

Ad Magnificat, Antiphona. Tua est potentia, tum regnum Dômine, tu es super omnes Gentes: da pacem Dômine in diebus nostris.

DOMINICA V.

Octobris.

In primo Nocturno.

De libro secundo Machabæorum.

Lectio j.

Igitur Eleazarus unus de primoribus Scribarum, vir ætate proventus, & vultu decorus, aperto ore hians compellebatur carnem porcina manducare. At ille gloriosissimam mortem magis quam odibilem vitam complectens, voluntariè præbat ad supplicium. Intuens autem quemadmodum oporteret accedere: patienter sustinens, destinavit non admittere illicita propter vitæ amorem. Hi autem, qui astabant, iniquâ miseratione commoti, propter antiquam viri amicitiam, tollentes eum secreto rogabant affèri carnes, quibus vesci ei licebat, ut simularetur manducasse, sicut rex imperaverat, de sacrificii carnis: ut, hoc facto, à morte liberaretur, &

propter veterem viri amicitiam, hanc in eo faciebant humanitatem.

R. Adaperiat Dôminus cor vestrum in lege sua, & in præceptis suis, & faciat pacem in diebus vestris: **V.** Concedat vobis salutem, & redimat vos à malis. **V.** Exaudiat Dôminus orationes vestras, & reconcilietur vobis, nec vos deserat in tempore malo. Concedat vobis.

Lectio ij.

AT ille cogitare cœpit ætatis ac senectutis suæ eminentiam dignam, & ingenitæ nobilitatis canitatem, atque à puero optimæ conversationis actus: & secundum sanctæ, & à Deo condite legis constituta, respondit cito, dicens, præmitti se velle in infernum. Non enim ætati nostræ dignum est, inquit, fingere: ut multum adolescentium, arbitrantes Eleazarum nonaginta annorum transisse ad vitam alienigenarum: & ipsi propter meam simulationem, & propter modicum corruptibilis vitæ tempus decipiantur, & per hoc maculam, atque execrationem meæ senectuti conquiram. Nam etsi in præsentibus supplicii hominum eripiar, sed manum Omnipotentis nec vivus, nec defunctus effugiam. Quamobrem fortiter vitæ excedendo, senectute quidem dignus apparebo: adolescentibus autem exemplum forte relinquam, si prompto animo, ac fortiter pro gravissimis ac sanctissimis lëgibus honestâ morte perfungar. His dictis, confestim ad supplicium trahebatur.

R. Exaudiat Dôminus orationes vestras, & reconcilietur vobis, nec vos deserat in tempore malo, **V.** Dôminus Deus noster. **V.** Det vobis cor omnibus ut colatis eum, & faciatis ejus voluntatem. Dôminus Deus.

Lectio iij.

Contigit autem & septem fratres unâ cum matre sua apprehensos compelli à rege edere, con-

Cap. 7.

Cap. 7.

Cap. 7.

Cap. 7.

Cap. 7.

Cap. 7.

contra fascines porcinas, flagris, & tauris cruciatis. Unus autem ex illis, qui erat primus, sic ait: Quid queris, & quid vis discere a nobis? parati sumus mori magis, quam patrias Dei leges prevariari. Itaque rex jussit sartagine, & ollas aeneas succendi: quibus statim succensus, jussit ei, qui prior fuerat locutus, amputari linguam: & cute capitis abstracta, summas quoque manus & pedes ei praescindi, caeteris ejus fratribus, & matre inspicientibus. Et cum jam per omnia inutilis factus esset, jussit ignem admoveri, & adhuc spirantem torreri in sartagine: in qua cum diu cruciaretur, caeteri una cum matre invicem se hortabantur mori fortiter.

¶ Congregati sunt inimici nostri, & gloriantur in virtute sua: contere fortitudinem illorum Domine, & disperse illos: ¶ Ut cognoscant, quia non est alius qui pugnet pro nobis, nisi tu Deus noster. ¶ Disperge illos in virtute tua, & destrue eos protector noster Domine. Ut cognoscant. Gloria Patri. Ut.

In secundo Nocturno.

Sermo Sancti Gregorii Nazianzeni.
Oratione 20. de Machabeis.

Lectio iv.

Leazarus primitiae eorum qui hic ante Christum sunt passi, quemadmodum post Christum Stephanus. Is vir & sacerdos, & senex, canus capillis, canus & prudentia, prius quidem pro populo sacrificabat & orabat: nunc autem semetipsum hostiam obtulit Deo perfectissimam ad totius populi expiationem, faustum certaminis initium, ad quod loquens pariter ac tacens, cohortabatur. Obtulit autem & filios septem, suae fructus disciplinae, hostiam viventem, sanctam, beneplacitam Deo, omni legali sacrificio splendidiorem & puriorem: quae sunt

enim filiorum, ad patrem referri, acuisimum ac justissimum est.

¶ Impetum inimicorum ne timeritis: memores estote, quomodo salvi facti sunt patres nostri: & Et nunc clamemus in caelum, & misererebunt nostri Deus noster. ¶ Mementote mirabilium ejus, quae fecit Pharaoni, & exercitui ejus in Mari rubro. Et nunc.

Lectio v.

Ibi tum generosi & magnanimi pueri, generosa matris nobilis proles, gloriosi veritatis propugnatores, Antiochi temporibus excelsiores, veri Mosatae legis discipuli, paternorum rituum observantissimi, numerus apud Hebraeos laudabilis, & propter septennariae quietis mysterium venerabilis, unum spirantes, unum spectantes, unum illud ad vitam iter agnoscetes, ut mortem Dei causam suscipere: non minus animis fratres quam corporibus, inter se mutuae mortis aemuli: o rem admirandam! tormenta quasi thesauros praeripientes, pro magistra lege pericula subeuntes, quae non magis illata formidabant, quam relicta requirebant, unum illud veritatem, ne tyrannus a penis desisteret, ne quis ipsorum sine corona praemio discederet, ne inviti fratres alii ab alio sejungerentur, & ne, in eo discrimine cruciatis eripiti, mala victoria superarent.

¶ Congregatae sunt Gentes in multitudine, ut dimicerent contra nos, & ignoramus quid agere debeamus: ¶ Domine Deus, ad te sunt oculi nostri, ne pereamus. ¶ Tu scis quae cogitant in nos: quomodo poterimus subsistere ante faciem illorum, nisi tu adjuves nos? Domine Deus.

Lectio vi.

Erat ibi fortis & generosa mater, puerorum simul ac Dei amans, cujus materna viscera supra

pra naturae consuetudinem dilaniabantur. Non enim filiorum, qui in tormentis erant, miserebatur, sed timore angebatur, ne non ea susciperent, neque magis eos, qui ea vitam migraverant, desiderabat, quam precabatur, ut reliqui cum illis conjungerentur: de quibus filiis magis quam de mortuis, erat sollicita. Horum enim dubium erat certamen, at illorum dubium vitae exitus: atque illos quidem jam Deo adjunxerat; de his vero, quomodo eos Deus susciperet, laborabat. O virilem animum in corpore muliebri! o admirabile magni animi incrementum!

¶ Tua est potentia, tuum regnum Domine: tu es super omnes gentes: ¶ Da pacem Domine in diebus nostris. ¶ Creator omnium Deus terribilis & fortis, justus & misericors. Da pacem. Gloria Patri. Da.

¶ vi. Refulsit sol in clypeos aureos, & resplenderunt montes ab eis: ¶ Et fortitudo Gentium dissipata est. ¶ Erat enim exercitus magnus valde, & fortis: & appropriavit Judas, & exercitus ejus in praelio. Et fortitudo.

¶ vii. Duo Seraphim clamabant alter ad alterum: ¶ Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth: ¶ Plena est omnis terra gloria ejus.

¶ Tres sunt qui testimonium dant in caelo, Pater, Verbum, & Spiritus sanctus: & hi tres unum sunt. Sanctus. Gloria Patri. Plena est.

FERIA SECUNDA.

De libro secundo Machabeorum.

Lectio j.

Oratio itaque illo primo, hoc modo, sequentem deducebant ad illudendum: & cute capitis ejus cum capillis abstracta, interrogabant, si manducaret prius, quam toto corpore per membra singula puniretur. At ille respondens patriae voce, dixit: Non faciam.

Propter quod & iste sequenti loco primum tormentum suscepit: & in ultimo spiritu constitutus, sic ait: Tu quidem scelestissime in praesenti vitam nos perdis; sed Rex mundi defunctos nos pro suis legibus in aeterna vitae resurrectione suscitabit. Post hunc tertius illuditur, & linguam postulatus cito protulit, & manus constanter extendit. & cum fiducia ait: E caelo ista possideo, sed propter Dei leges nunc haec ipsa despicio, quoniam ab ipso me ea recepturum spero: ita ut rex, & qui cum ipso erant, mirarentur adolescentis animum, quod tanquam nihilum diceret cruciatum.

¶ Dixit Judas Simoni fratri suo: Elige tibi viros, & vade, libera fratres tuos, in Galilaea: ego autem, & Jonathan frater tuus ibimus in Galaaditum: ¶ Sicut fuerit voluntas in caelo, sic fiat. ¶ Accingimini filii potentes, & estote parati: quoniam melius est nobis mori in bello, quam videre mala gentis nostrae, & sanctorum. Sicut fuerit.

Lectio ii.

Et hoc ante defuncto, quartum vexabant similiter torquentes. Et, cum jam esset ad mortem, sic ait: Potius est ab hominibus morti datos spem expectare a Deo. Iterum ab ipso resuscitandos: tibi enim resurrectione ad vitam non erit. Et cum admovissent quintum, vexabant eum. At ille, respiciens in eum, dixit: Potestatem inter homines habens, cum sis corruptibilis, facis quod vis: noli autem putare genus nostrum a Deo esse derelictum. Tu autem patienter sustine, & videbis magnam potestatem ipsius, qualiter te, & semen tuum torquet. Post hunc ducabant sextum, & is, mori incipiens, sic ait: Noli frustra errare: nos enim propter nosmetipsos haec patimur peccantes in Deum nostrum,

trum, & digna admiratione facta sunt in nobis: tu autem ne existimes tibi imponi futurum, quod contra Deum pugnare tentaveris.

R. Ornaverunt faciem templi corónis aureis, & dedicaverunt altare Dómino: **V.** Et facta est lætitia magna in populo. **V.** In hymnis & confessionibus benedicébat Dóminum. Et.

Lectio iij.

Supra modum autem mater mirabilis, & bonórum memoria digna, quæ pereuntes septem filios sub unius diei tempore conspiciens, bono animo ferébat propter spem, quam in Deum habébat: singulos illórum hortabatur voce patriæ fortiter, repleta sapientiæ: &, femineæ cogitationi masculinum animum inserens, dixit ad eos: Nescio qualiter in útero meo apparuistis: neque enim ego spiritum & animam donavi vobis & vitam, & singulórum membra non ego ipsa compégi; sed enim mundi Créator, qui formávit hominis nativitatem, quique ómnium invénit originem, & spiritum vobis íterum cum misericórdia reddet & vitam, sicut nunc vosmetipsos despiciatis propter leges ejus.

R. In hymnis & confessionibus benedicébat Dóminum: **V.** Qui magna fecit in Israël, & victóriam dedit illis Dóminus omnipotens. **V.** Ornaverunt faciem templi corónis aureis, & dedicaverunt altare Dómino. Qui magna. Glória Patri. Qui magna.

FERIA TERTIA.

De libro secúndo Machabæórum.

Lectio j. *Cap. 7. d*

Antiochus autem, contenti se arbitratus, simul & exprobrantis voce despécit, cum adhuc adolescéntior superésset, non solum verbis hortabatur, sed & cum juramento affirmábat, se divitem & beatum facturum, & transiátum a patriis légibus amicum habiturum,

& res necessáras ei præbiturum. Sed ad hæc cum adolescens neququam inclinaretur, vocávit rex matrem, & suadébat ei ut adolescénti fieret in salutem. Cum autem multis eam verbis esset hortatus, promissu suasturam se filio suo. Itaque inclinata ad illum, irridens crudélem tyrannum, ait patriæ voce: Filii mi, miserere mei, quæ te in útero novem mēnsibus portavi, & lac triennio dedi & álui, & in ætatem istam perdúxi.

R. Hic est fratrum amátor, & populi Israël: **V.** Hic est qui multum orat pro populo, & universa sancta civitate Jérusalem. **V.** Vir iste in populo suo mississimus apparuit. Hic est.

Lectio ij.

Peto, nate, ut aspicias ad cælum & terram, & ad ómnia quæ in eis sunt: & intelligas, quia ex nihilo fecit illa Deus, & hominum genus: ita fiet, ut non timeas carnificem istum, sed dignus fratribus tuis effectus particeps, suscipe mortem, ut in illa miseratione cum fratribus tuis te recipiam. Cum hæc illa adhuc diceret, ait adolescens: Quem sustinētis? non obedio præcepto regis, sed præcepto legis, quæ data est nobis per Móysen. Tu vero, qui inventor omnis malitiæ factus es in Hebræos, non effugies manum Dei. Nos enim pro peccatis nostris hæc patimur. Et si nobis propter increpationem, & correptionem Dóminus Deus noster módicum iratus est: sed íterum reconciliabitur servis suis.

R. Tu Dómine universórum, qui nullam habes indigéntiam, voluisti templum tuum fieri in nobis: **V.** Consérva domum istam immaculatam in ætérnum Dómine. **V.** Tu elegisti Dómine domum istam ad invocandum nomen tuum in ea, ut esset domus orationis & obserationis populo tuo. Consérva domum.

Lec-

Lectio iij.

TU autem, ó sceléste, & ómnium hominum flagitiosissime, noli frustra extólli vanis spebus in servos ejus inflammatus. Nondum enim omnipoténtis Dei, & omnia inspicientis, iudicium effugisti. Nam fratres mei, módico nunc dolore sustentato, sub testamento æternæ vitæ effecti sunt: tu veró iudicio Dei iustas superbie tuæ pœnas exolvēs. Ego autem, sicut & fratres mei, animam, & corpus meum trado pro patriis légibus: invocans Deum matúrius genti nostræ propitium fieri, teque cum tormentis & verbéribus confitéri quòd ipse est Deus solus. In me veró & in fratribus meis désinet Omnipoténtis ira, quæ super omne genus nostrum iustè superdúcta est. Tunc rex accénsus ira, in hunc super omnes crudélius desævít, indignè ferrens se derisum. Et hic itaque mundus óbit, per ómnia in Dómino confidens. Novissimè autem post filios & mater consumpta est.

R. Aperi óculos tuos Dómine, & vide afflictionem nostram: circumdederunt nos Gentes ad puniéndum nos: **V.** Sed tu Dómine extēde brachium tuum, & libera ánimas nostras. **V.** Afflige opprimētes nos, & contuméliam faciētes in superbiam, & custódi partem tuam. Sed tu Dómine. Glória Patri. Sed tu.

FERIA QUARTA.

De libro secúndo Machabæórum.

Lectio j. *Cap. 8. e*

Constituit autem Nicánor, ut regi tributum, quod Románis erat dandum, duo millia talentórum de captivitate Judæórum suppleret: statimque ad maritimas civitates misit, convocans ad coëmpñionem Judaicórum mancipiórum, promittens se nonaginta mancipia talénto distracturum, non respiciens ad vindictam, quæ eum ab

Omnipoténte esset consecutúra. Judas autem ubi cópperit, indicávit his, qui secum erant Judæis, Nicánoris adventum. Ex quibus quidam formidantes, & non credentes Dei justitiæ, in fugam vertebantur: alii veró, si quid eis supéerat, vendébant, simulque Dóminum deprecábantur, ut eriperet eos ab impio Nicánore.

R. Respúisit sol in clypeos aureos, & respúendūtes montes ab eis: **V.** Et fortitúdo Géntium dissipata est. **V.** Erat enim exercitus magnus valdè, & fortis: & appropiávit Judas, & exercitus ejus in prælio. Et fortitúdo.

Lectio ij.

Convocatis autem Machabæus septem millibus, qui cum ipso erant, rogabat ne hóstibus reconciliarentur, neque metúerent iniquè veniéntium adversum se hóstium multitudinem, sed fortiter contēderent, ante óculos habētes contuméliam, quæ loco sancto ab his iniuste esset illata, itémque & ludibrio hábitæ civitatís injúriam, adhuc étiam vétérum institúta convólsa. Nam illi quidem armis confidunt, ait, simul & audácia: nos autem in omnipoténte Dómino, qui potest & veniētes adversum nos, & universam mundum uno nutu delére, confidimus. Admónuit autem eos & de auxiliis Dei, quæ facta sunt erga paréntes: & quòd sub Sennacherib centum octoginta quinque millia perierunt.

R. Ornaverunt faciem templi corónis aureis, & dedicaverunt altare Dómino: **V.** Et facta est lætitia magna in populo. **V.** In hymnis & confessionibus benedicébat Dóminum. Et facta.

Lectio iij.

His verbis constantes effecti sunt, & pro légibus, & patriæ mori parati. Constituit itaque fratres suos duces utriusque ordini, Simómem,

8

& Josèphum, & Jónathan, subjéctis unicuque millénis & quingenténis. Ad hoc etiam ab Esdra lecto illis sancto libro, & dato signo adiutorii Dei, in prima acie ipse dux commisit cum Nicànore. Et factio sibi adiutorum Omnipotente, interfecerunt super novem millia hóminum: majorem autem partem exercitus Nicànoris vulneribus débilem factam fugere compulerunt. Pecuniis vero eorum, qui ad emptiònem ipsórum vénerant, sublatis, ipsos usquequaque persecuti sunt, sed reversi sunt hora conclusi: nam erat ante sabbatum: quam ob causam non perseveraverunt insequentés. Arma autem ipsórum, & spólia congregantes, sabbatum agébant: benedicentes Dóminum, qui liberávit eos in isto die, misericordie initium stillans in eos. Post sabbatum verò debilibus, & órphanis, & viduis divisérunt spólia: & residua ipsi cum suis habuere.

In hymnis & confessiónibus benedicébant Dóminum: Qui magna fecit in Israël, & victóriam dedit illis Dóminus omnipotens. Ornaverunt faciem templi corónis áureis, & dedicaverunt altáre Dómino. Qui magna. Glória Patri. Qui.

FERIA QUINTA.

De libro secúndo Machabéórum.

Lectio j. Cap. 9.
Eodem tempore Antiochus inhonestè revertébatur de Perside. Intráverat enim in eam, quæ dicitur Persépolis, & tentávit expoliare templum, & civitatem opprimere: sed multitudine ad arma concurrénte, in fugam versi sunt: & ita cóntigit ut Antiochus post fugam túrpter rediret. Et cum venisset circa Ecbátanam, recognóvit quæ erga Nicànorem, & Timótheum gesta sunt. Elátus autem in ira, arbitrábatur se injuriam illórum qui se fugáverant, posse in Judæos

retorquere: ideòque jussit agitári currum suum, sine intermissione, agens iter, cælesti eum iudicio perurgente, eò quod ita superbè locutus est se venturum Jerosólymam, & congèrtem sepulchri Judæórum eam facturum.

R. Adapériat Dóminus cor vestrum in lege sua, & in præceptis suis, & faciat pacem in diébus vestris:

Concedat vobis salutem, & rédimat vos à malis. **V.** Exáudiat Dóminus oratiónes vestras, & reconciliétur vobis, nec vos désérat in tempore malo. Concedat vobis.

Lectio ij.

Sed qui univérsa cónspicit Dóminus Deus Israël, percussit eum insanábili & invisibili plaga. Utenim finivít hunc ipsum sermómem, apprehéndit eum dolor dirus viscerum, & amára internórum torménta: & quidem satis justè, quippè qui multis, & novis cruciátibus aliórum tórserat viscera, licét ille nullo modo à sua malitia cessáret. Super hoc autem superbía replétus, ignem spirans ánimo in Judæos, & præcipiens accelerári negotium, cóntigit illum impetu eúntem de curru cædere, & gravi córporis collisione membra vexári.

R. Exáudiat Dóminus oratiónes vestras, & reconciliétur vobis, nec vos désérat in tempore malo. **V.** Dóminus Deus noster, **V.** Det vobis cor ómnibus ut colátis eum, & faciátis ejus voluntáté. Dóminus.

Lectio iij.

Isque, qui sibi videbátur etiam fluctibus maris imperare, supra humanum modum superbía replétus, & móntium altitudines in statéra appendere, nunc humiliátus ad terram in gestatório portabatur, manifestam Dei virtutem in semetipso contéstans: ita ut de corpore impii vermes scaturirent, ac vivéntis in

Lectio ij.

in dolóribus carnes ejus effluérent, odóre etiam illius & fetóre exercitus gravaréur. Et qui paulò antè sidera cæli contingere se arbitrábatur, eum nemo póterat propter intolerántiam fetóris portare.

R. Congregáti sunt inimici nostri, & gloriántur in virtúte sua: cóntere fortitudinem illórum Dómine, & dispérge illos: **V.** Ut cognóscant, quia non est alius qui pugnet pro nobis, nisi tu Deus noster. **V.** Dispérge illos in virtúte tua, & destrúe eos prótecor noster Dómine. Ut cognóscant. Glória Patri. Ut cognóscant.

FERIA SEXTA.

De libro secúndo Machabéórum.

Lectio j. Cap. 10.

Machabæus autem, & qui cum eo erant, Dómino se protegente, templum quidem, & civitatem recépit: aras autem, quas alienígenæ per plateas extruxerant, itémque delubra demollitus est. Et purgáto templo, aliud altáre fecerunt: & de ignitis lapidibus igne concepto sacrificia obtulerunt post bienniúm, & incensum, & lucernas, & panes propositionis posuerunt. Quibus gestis, rogábant Dóminum prostráti in terram, ne ampliùs talibus malis incidere: sed & si quando peccassent, ut ab ipso mitiùs corripérentur, & non bārbaris ac blasphemis hominibus traderentur. Quá dié autem templum ab alienígenis pollútum fuérat, cóntigit eadem dié purificationem fieri, vigésimá quintá mensis, qui fuit Casleu.

R. Impetum inimicórum ne timueritis: memores estóte, quómmodo salví facti sunt patres nostri: **V.** Et nunc clamémus in cælestem, & miserébitur nostri Deus noster. **V.** Meméntóte mirabilium ejus, quæ fecit Pharaóni, & exercitui ejus in Mari rubro. Et nunc.

Part. Estiva.

At Timótheus, qui priùs à Judæis fuérat superátus, convocato exércitu peregrina multitudinis, & congregato equitatu Asiáno, advénit quasi armis Judæam captivus. Machabæus autem, & qui cum ipso erant, appropinquante illo, deprecábantur Dóminum, caput terrá aspergentes, lumbósque cilicis præcingentes, ad altáris crepidinem prolúti, ut sibi propitiis, inimicis autem eórum esset inimicus, & adversáris adversarétur, sicut lex dicit. Et ità post oratiómem, sumptis armis, longiùs hóstibus effecti, resederunt.

R. Congregáte sunt Gentes in multitudine, ut dimicent contra nos, & ignorámus quid agere debeámus: **V.** Dómine Deus, ad te sunt oculi nostri, ne pereámus. **V.** Tu scis quæ cogitant in nos: quómmodo poterímus subsistere ante faciem illórum, nisi tu adjuves nos? Dómine.

Lectio iij.

Primum autem solis ortu utrúque commiserunt: isti quidem victória & prosperitátis sponsorem cum virtúte Dóminum habentes: illi autem ducem belli ánimum habebant. Sed, cum véhementis pugna esset, apparuerunt adversáris de cælo viri quinque in equis, frónis áureis decóri, ducátum Judæis præstantes: ex quibus duo Machabæum médium habentes, armis suis circumseptum incolénum conservábant: in adversários autem tela & fulmina jaciebant, ex quo cécitate confusi, & repléti perturbatióne cadébant. Interfecti sunt autem viginti millia quingénti, & equites sexcénti. Timótheus verò confugit in Gázaram presidium munitionum, qui præerat Charéas.

R. Tua est poténtia, tuum regnum Dómine: tu es super omnes gentes: **X**

*Da pacem Dómine in diébus nostris. *Y.* Créator ómnium Deus, terribilis & fortis, justus & misericors. Da pacem. Glória Patri. Da.

S A B B A T O.

De libro secúndo Machabæorum.

Lectio j.

Cap. 15.

Machabæus autem semper confidebat cum omni spe auxiliium sibi à Deo affuturum. Et hortabatur suos ne formidarent ad adventum nationum, sed in mente haberent adjutória sibi facta de cælo, & nunc sperarent ab Omnipotente sibi affuturam victóriam. Et allocutus eos de lege, & Prophétis, admonens étiam certamina, quæ fecerant prius, promptiores constituit eos: & ita animis eorum erectis, simul ostendebat Géntium fallaciam, & juramentorum prevaricationem. Singulos autem illórum armávit, non clypei, & hastæ munitione, sed sermonibus óptimis & exhortationibus, exposito digno fide sómno, per quod univérsos lætificávit.

R. Refulsit sol in clypeos áureos, & resplenduerunt montes ab eis: *Y.* Et fortitudo Géntium dissipata est. *Y.* Erat enim exercitus magnus valde & fortis: & appropriávit Judas, & exercitus ejus in prælio. Et.

Lectio ij.

Erat autem hujuscemodi visus: Oniam, qui fuerat summus sacerdos, virum bonum & benignum, verecundum visu, modéstum moribus, & eloquio decórum, & qui à puero in virtutibus exercitatus sit, manus protendentem, orare pro omni populo Judæórum: Post hoc apparuisse & alium virum etate, & glória mirabilem, & magni decóris habitudine circa illum: Respondentem vero Oniam dixisse: Hic est fraterum amator, & populi Israël: hic est, qui multum orat pro populo, & univérsa sancta civitate, Jeremias Prophéta

Dei. Extendisse autem Jeremiam dextram, & dedisse Judæ gládium áureum, dicentem: Accipe sanctum gládium munus à Deo, in quo deities adversários populi mei Israël. *R.* Ornáverunt faciem templi coronis áureis, & dedicáverunt altáre Dómino: *Y.* Et facta est lætitia magna in populo. *Y.* In hymnis & confessionibus benedicébant Dómino. Et facta.

Lectio iij.

Exhortati itaque Judæ sermonibus bonis valde, de quibus extólli posset impetus, & animi juvenum confortari, statuerunt dimicáre & confingere fortiter: ut virtus de negotiis judicáret, eò quòd civitas sancta, & templum periclitárentur. Erat enim pro uxóribus, & filiis, itémque pro fratribus, & cognatis minor sollicitudo: máximus verò & primus pro sanctitate timor erat templi. Sed & eos, qui in civitate erant, non minima sollicitudo habebat pro his, qui congressuri erant.

R. In hymnis & confessionibus benedicébant Dómino: *Y.* Qui magna fecit in Israël, & victóriam dedit illis Dóminus omnipotens. *Y.* Ornáverunt faciem templi coronis áureis, & dedicáverunt altáre Dómino. Qui magna. Glória Patri. Qui magna.

S A B B A T O

Ante Dominicam j. Novembris.

Ad Magnificat, Antiphons.

Vidi Dóminum sedentem super solum excelsum, & plena erat omnis terra majestate ejus: & ea quæ sub ipso erant, replebant templum.

D O M I N I C A I.

Novembris.

In primo Nocturno.

Incipit liber Ezechielis Prophète.

Lectio j.

Cap. 1.

Et factum est in trigésimo anno, in quarto, in quinta mensis, cum essem in médio captivórum jux-

ta flúvium Chobar, apérti sunt cæli, & vidi visiones Dei. In quinta mensis ipse est annus quintus transmigratiónis regis Joáchin, factum est verbum Dómini ad Ezechielem filium Buzi sacerdotem in terra Chaldæorum, secus flumen Chobar: & facta est super eum ibi manus Dómini. Et vidi, & ecce ventus turbínis veniebat ab Aquilone, & nubes magna, & ignis involvens, & splendor in circuitu ejus: & de médio ejus quasi species electri, id est, de médio ignis. *R.* Vidi Dóminum sedentem super solum excelsum & elevatum: & plena erat omnis terra majestate ejus: *Y.* Et ea quæ sub ipso erant, replebant templum. *Y.* Séraphim stabant super illud: sex alæ uni, & sex alæ álteri. Et ea.

Lectio ij.

Et in médio ejus similitudo quatuor animalium: & hic aspectus eorum, similitudo hóminis in eis. Quatuor facies uni, & quatuor pennæ uni. Pedes eorum pedes recti, & plantæ pedis eorum quasi planta pedis vituli, & scintillæ quasi aspectus æris candentis. Et manus hóminis sub pennis eorum in quatuor partibus: & facies, & pennas per quatuor partes habebant. Junctæque erant pennæ eorum álterius ad álterum. Non revertébantur cum incéderent: sed unumquòdque ante faciem suam gradiebatur.

R. Aspicte Dómine de sede sancta tua, & cógita de nobis: inclina Deus meus aurem tuam, & audi: *Y.* Aperi oculos tuos, & vide tribulationem nostram. *Y.* Qui regis Israël, inténde, qui deducis velut ovem Joseph. Aperi oculos tuos.

Lectio iij.

Similitudo autem vultus eorum: facies hóminis, & facies leónis à dextris ipsórum quatuor: facies autem bovis à sinistris ipsórum qua-

tuor, & facies aquilæ désuper ipsórum quatuor. Facies eorum, & pennæ eorum exténtæ désuper: duæ pennæ singulórum jungebantur, & duæ tegébant cõrpora eorum: & unumquòdque eorum coram facie sua ambulabat: ubi erat impetus spiritus, illuc gradiebantur, nec revertébantur cum ambularent.

R. Aspicte Dómine, quia facta est desolata civitas plena divitiis, sedet in tristitia dómnia Géntium: Non est qui consolétur eam, nisi tu Deus noster. *Y.* Plorans plorávit in nocte, & lacrymæ ejus in maxillis ejus. Non est. Glória Patri. Non est.

In secúndo Nocturno.

De Expositione S. Gregórii Papæ in Ezechielem Prophétam.

Lib. 1. Homilia 2.

Lectio ij.

Usus prophéticæ locutiónis est, ut prius persónam, tempus, locumque describat, & postmodum dicere mysteria prophetiæ incipiat: quatenus ad veritatem solidius ostendéndam, aut historíæ radicem figat, & post, fructus spiritus per signa & allegorias præferat. Ezechiel itaque etatis suæ tempus indicat, dicens: Et factum est in trigésimo anno, in quarto mense, in quinta mensis. Locum quoque denútians adjungit: Cum essem in médio captivórum juxta flumen Chobar, apérti sunt cæli, & vidi visiones Dei. Tempus étiam insinuat, subdens: In quinta mensis: ipse est annus quintus transmigratiónis regis Joáchin. Qui ut benè persónam indicet, étiam genus narrat, cum súbdit: Et factum est verbum Dómini ad Ezechielem, filium Buzi, sacerdotem.

R. Super muros tuos Jerúsalem constitui custódes: Totá die & nocte non tacébunt laudare nomen Dómini. *Y.* Prædicábunt popullis

X 2

for-

fortitudinem meam, & annuntiabunt Géntibus glóriam meam. Tota.

Lectio v.

Sed prima questio nobis órur, cur is, qui nihil adhuc dixerat, ita exórsus est, dicens: Et factum est in trigésimo anno. Et, namque sermo conjunctionis est: & scimus, quia non coniungitur sermo subsequens, nisi sermóni præcedenti. Qui igitur nihil dixerat, cur dicit: Et factum est: cum non sit sermo, cui hoc quod incipit, subiungat? Quia in re intuendum est, quia sicut nos corporalia, sic Prophéta sensu spiritalia aspiciunt: eisque & illa sunt præsentia, que nostræ ignorantie absentia videntur. Unde fit, ut in mente Prophetarum ita conjuncta sint exterioribus interiora, quatenus simul utraque videant: simulque in eis fiat & intus verbum quod audiunt, & foris quod dicunt.

Muro tuo inexpugnabili circumcinge nos Domine, & armis tuæ potentie prætege nos semper. * Libera Domine Deus Israël clamantes ad te. * Erue nos in mirabilibus tuis, & da glóriam nómini tuo. Libera Domine.

Lectio vj.

Patet igitur causa, cur qui nihil dixerat, inchoavit, dicens: Et factum est in trigésimo anno: quia hoc verbum quod foris protulit, illi verbo, quod intus audierat, coniunxit. Continuavit ergo verba que protulit, visioni intime, & idcirco incipit, dicens: Et factum est. Subiunxit enim hoc quod exterius loqui inchoat: ac si illud foris sit, quod intus vidit. Hoc autem quod dicitur, quia in trigésimo anno spiritum prophetie acceperit, indicat aliquid nobis considerandum: videlicet quia iuxta rationis usum, doctrinæ sermo non sippetit, nisi in ætate perfecta. Unde & ipse Dominus anno duode-

cimo ætatis suæ in medio doctórum in templo sedens, non docens, sed interrogans voluit inveniri.

Sustinuimus pacem, & non venit: quævisimus bona, & ecce turbatio: cognovimus Domine peccata nostra: * Non in perpetuum obliviscaris nos. * Peccavimus, impié gessimus, iniquitatem fecimus Domine in omnem justitiam tuam. Non. Glória Patri. Non.

R. vj. Laudabilis pópulus, * Quem Dominus exercituum benedixit, dicens: Opus manuum mearum tu es, hæreditas mea Israël. * Beata gens, cujus est Dominus Deus, pópulus electus in hæreditatem. Quem Dominus.

R. vij. Duo Séraphim clamabant alter ad alterum: * Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sábaoth: * Plena est omnis terra glória ejus. * Tres sunt qui testimonium dant in cælo, Pater, Verbum, & Spiritus sanctus: & hi tres unum sunt. Sanctus. Glória Patri. Plena est.

Infra Hebdomadam, Feria quarta dicuntur Responsoria ibi assignata: in Sabbato autem dicitur primum **R.** Laudabilis, secundum & tertium Feria secundæ sequentis.

Responsoria hujus Dominicæ dicuntur in aliis Dominicis usque ad Adventum.

FERIA SECUNDA.

De Ezechiele Prophéta.

Lectio j. Cap. 2.

Et audivi loquentem ad me, & dicentem: Fili hominis, mitto ego te ad filios Israël, ad gentes apostatrices, que recesserunt a me: ipsi & patres eorum prævaricati sunt pactum meum usque ad diem hanc. Et filii dura facies, & indomabili corde sunt, ad quos ego mitto te: & dices ad eos: Hæc dicit Dominus Deus: Si forte vel ipsi audiant, & si forte quiescant, quoniam

niam domus exasperans est: & scient quia Prophéta fuerit in medio eorum.

R. Redemit pópulum suum, & liberavit eum: & venient, & exultabunt in monte Sion: & gaudébunt de bonis Domini super frumento, vino, & oleo: * Et ultra non esurient. * Eritque anima eorum quasi hortus irriguus. Et ultra.

Lectio ij.

TU ergo fili hominis ne timeas eos, neque sermões eorum metuas: quoniam increduli, & subversores sunt tecum, & cum scorpionibus habitas. Verba eorum ne timeas, & vultus eorum ne formides, quia domus exasperans est. Loqueris ergo verba mea ad eos, si forte audiant, & quiescant: quoniam irritatores sunt.

R. Angustia mihi sunt undique, & quid eligam ignoro. * Melius est mihi incidere in manus hominum, quam derelinquere legem Dei mei. * Si enim hoc egero, mors mihi est: si autem non egero, non effugiam manus vestras. Melius est.

Lectio iij.

TU autem fili hominis audi quæcumque loquor ad te: & noli esse exasperans sicut domus exasperatrix est: aperi os tuum, & comede quæcumque ego do tibi. Et vidi, & ecce manus missa ad me, in qua erat involutus liber: & expandit illum coram me, qui erat scriptus intus, & foris: & scriptæ erant in eo lamentationes, & carmen, & væ.

R. Misit Dominus Angelum suum, & conclusit ora leonum: * Et non contaminaverunt: quia coram eo inivoluta inventa non est in me. * Misit Deus misericordiam suam, & veritatem suam: animam meam eripuit de medio capulorum leonum. Et non. Glória Patri. Et non.

Responsoria hujus secundæ Ferie:

repetuntur in aliis secundis Ferialibus usque ad Adventum.

FERIA TERTIA.

De Ezechiele Prophéta.

Lectio j. Cap. 3.

ET dixit ad me: Fili hominis quodcumque inveneris comede: & comedere volamen istud, & vadens comedere ad filios Israël. Et aperui os meum, & cibavi me volumine illo: & dixit ad me: Fili hominis venter tuus comedet, & viscera tua complebuntur volumine isto, quod ego do tibi. Et comedi illud: & factum est in ore meo sicut mel dulce. Et dixit ad me: Fili hominis vade ad domum Israël, & loqueris verba mea ad eos. **R.** A facie furoris tui Deus conturbata est omnis terra: * Sed miserere Domine, & ne facias consumptionem. * Domine Dominus noster, quam admirabile est nomen tuum! Sed miserere.

Lectio ij.

Non enim ad pópulum profundi sermónis, & ignotæ lingue tu mitteris ad domum Israël: neque ad pópulos multos profundi sermónis, & ignotæ lingue, quorum non possis audire sermões: & si ad illos mittereris, ipsi audirent te. Dominus autem Israël noluit audire te: quia noluit audire me. Omnis quippe domus Israël attrita fronte est, & duro corde. Ecce dedi faciem tuam valentiorẽ faciebùs eorum, & frontem tuam duriorẽ frontibus eorum. Ut adamantem, & ut silicem dedi faciem tuam: ne timeas eos, neque metuas à facie eorum: quia domus exasperans est.

R. Civitatem istam tu circumda Domine: & Angeli tui custodiunt muros ejus: * Exaudi Domine pópulum tuum cum misericordia. * Avertat furor tuus, Domine, à pópulo tuo, & à civitate sancta tua. Exaudi Domine.

Lectio ij.

ET dixit ad me: Fili hominis omnes sermones meos, quos ego loquor ad te, assume in corde tuo, & auribus tuis audi: Et vade ingredi ad transmigratorem, ad filios populi tui, & loqueris ad eos, & dices eis: Hæc dicit Dominus Deus: si forte audiant, & quiescant. Et assumpsit me spiritus, & audivi post me vocem commotionis magnæ: Benedicta gloria Domini de loco suo, & vocem alarum animalium percutientium alteram ad alteram, & vocem rotarum sequentium animalia, & vocem commotionis magnæ.

R. Genti peccatrici, populo pleno peccato miserere, * Domine Deus. **V.** Esto placabilis super nequitiam populi tui. Domine Deus, Gloria Patri. Domine Deus.

Responsoria hujus tertie Ferie repetuntur in aliis tertiis Feriis usque ad Adventum.

FERIA QUARTA.

De Ezechiële Propheta.

Lectio i. Cap. 7.

ET factus est sermo Domini ad me, dicens: Et tu fili hominis, hæc dicit Dominus Deus terræ Israël: Finis venit, venit finis super quatuor plagas terræ. Nunc finis super te, & immittam furorẽ meum in te: & judicabo te juxta vias tuas: & ponam contra te omnes abominatões tuas. Et non parcerẽ oculus meus super te, & non miserẽbor: sed vias tuas ponam super te, & abominatões tuas in medio tui erunt: & sciẽtis quia ego Dominus.

R. Indicabo tibi homo, quid sit bonum: aut quid Dominus requirat a te: * Facere judicium & justitiam, & sollicitum ambulare cum Deo tuo. **V.** Spera in Domino, & fac bonitatem, & inhabita terram. Facere.

Lectio iij.

Hæc dicit Dominus Deus: Afflictio una, afflictio ecce venit. Finis venit, venit finis, evigilavit adversum te: ecce venit. Venit contritio super te, qui habitas in terra: venit tempus, propẽ est dies occisionis, & non gloriæ montium. Nunc de propinquo effundam iram meam super te, & complẽbo furorẽ meum in te: & judicabo te juxta vias tuas, & imponam tibi omnia scelerata tua: Et non parcerẽ oculus meus, nec miserẽbor, sed vias tuas imponam tibi, & abominatões tuas in medio tui erunt: & sciẽtis quia ego sum Dominus percütens.

R. Angustia mihi sunt undique, & quid eligam ignoro. * Melius est, mihi incidere in manus hominum, quam derelinquere legem Dei mei. **V.** Si enim hoc egero, mors mihi est: si autem non egero, non effugiam manus vestras. Melius est.

Lectio iij.

Ecce dies, ecce venit: egressa est contritio, floruit virga, genuit superbia: Iniquitas surrexit in virga impietatis, non ex eis, & non ex populo, neque ex sonitu eorum: & non erit requies in eis. Venit tempus, appropinquavit dies: qui emit, non lætetur: & qui vendit, non lugeat: quia ira super omnem populum ejus. Quia qui vendit, ad id quod vendidit, non revertetur, & adhuc in viventibus vita eorum.

R. Misit Dominus Angelum suum, & conclavit ora leonum: * Et non contaminaverunt: quia coram eo injustitia inventa non est in me.

V. Misit Deus misericordiam suam, & veritatem suam: animam meam eripuit de medio catulorum leonum. Et non. Gloria Patri. Et non.

Responsoria hujus iv. Ferie repetuntur in aliis quartis Feriis usque ad Adventum.

FE-

FERIA QUINTA.

De Ezechiële Propheta.

Lectio j. Cap. 13.

ET factus est sermo Domini ad me dicens: Fili hominis, vaticinare ad prophetas Israel, qui prophetaut: & dices prophetantibus de corde suo: Audite verbum Domini: Hæc dicit Dominus Deus: Vae prophetis insipientibus, qui sequuntur spiritum suum, & nihil vident. Quasi vulpes in desertis, prophetae tui Israel erant. Non ascendistis ex adverso, neque opposuistis murum pro domo Israel, ut stareris in paelio in die Domini. Vident vana, & divinant mendacium, dicentes: Ait Dominus: cum Dominus non miserit eos: & perseveraverunt confirmare sermonem.

R. Vidi Dominum sedentem super solium excelsum, & elevatum: & plena erat omnis terra majestate ejus. * Et ea quæ sub ipso erant, replabant templum. **V.** Seraphim stabant super illud: sex alæ uni, & sex alæ alteri. Et ea quæ.

Lectio ii.

Numquid non visionem cassam vidistis & divinationem mendacem locuti estis? & dicitis, ait Dominus: cum ego non sim locutus. Propterea hæc dicit Dominus Deus: Quia locuti estis vana, & vidistis mendacium: ideo ecce ego ad vos, dicit Dominus Deus: Et erit manus mea super prophetas, qui vident vana, & divinant mendacium: in conspectu populi mei non erunt, & in scriptura domus Israel non scribentur, nec in terram Israel ingrediuntur: & sciẽtis quia ego Dominus Deus: Eo quod deciperint populum meum, dicentes: Pax, & non est pax: & ipse edificabat parietem: illi autem lineabant eum luto absque paleis.

R. Aspicite Domine de sede sancta tua, & cogita de nobis: inclina

Deus meus aurem tuam, & audi: * Aperi oculos tuos, & vide tribulationem nostram. **V.** Qui regis Israel intende, qui deducis velut ovem Joseph. Aperi oculos.

Lectio iij.

Dic ad eos, qui liniunt absque temperatura, quod casurus sit: erit enim imber inundans, & dabo lapides prægrandes super irruentes, & ventum procellæ dissipantem. Siquidem ecce cecidit paries: numquid non dicetur vobis: Ubi est lirara, quam liniistis? Propterea hæc dicit Dominus Deus: Et erumpere faciam spiritum tempestatum in indignatione mea, & imber intundans in furorẽ meo erit: & lapides grandes in ira in consumptionem. Et destruat parietem, quem liniistis absque temperamento.

R. Aspicite Domine, quia facta est desolata civitas plena divitiis, sedet in tristitia domina gentium: Non est qui consolatur eam, nisi tu Deus noster. **V.** Plorans ploravit in nocte, & lacrymæ ejus in maxillis ejus. Non est. Gloria Patri. Non est.

FERIA SEXTA.

De Ezechiële Propheta.

Lectio j. Cap. 15.

ET factus est sermo Domini ad me, dicens: Fili hominis, quid fiet de ligno vitis ex omnibus lignis nemorum, quæ sunt inter ligna sylvarum? Numquid tolleret de ea lignum, ut fiat opus, aut fabricabitur de ea paxillus, ut dependeat in eo quodcumque vas? Ecce igni datum est in escam: utramque partem ejus consumpsit ignis, & medietas ejus redacta est in favillam: numquid utilis erit ad opus? Etiam cum esset integrum, non erat aptum ad opus: quanto magis cum illud ignis devoraverit, & combussert, nihil ex eo fiet operis?

X 4

R.

Super muros tuos Jerusalem constituit custodes: * Totâ die & nocte non tacebunt laudare nomen Domini. ¶ Prædicabunt populus fortitudinem meam, & annuntiabunt Gentibus gloriam meam. Totâ.

Lectio ij.

Propterea hæc dicit Dominus Deus: Quomodo lignum vitis inter ligna silvarum, quod dedi igni ad devorandum, sic tradam habitatores Jerusalem. Et ponam faciem meam in eos: de igne egredientur, & ignis consumet eos: & scietis quia ego Dominus, cum postero faciem meam in eos, & dedero terram in viam & desolatam: eo quod prævaricatores extiterint, dicit Dominus Deus.

¶ Muro tuo inexpugnabili circumcinge nos Domine, & armis tuæ potentie prætege nos semper: * Libera Domine Deus Israël clamantes ad te. ¶ Erue nos in mirabilibus tuis, & da gloriam nomini tuo. Libera Domine.

Cap. 16.

Lectio iij.
Et factus est sermo Domini ad me, dicens: Fili hominis, notas fac Jerusalem abominationes suas: & dices: Hæc dicit Dominus Deus Jerusalem: Radix tua, & generatio tua de terra Chanaan: pater tuus Amorrhæus, & mater tua Cethæa. Et quando nata es in die ortus tui non est præcisus umbilicus tuus, & aqua non es lota in saltem, nec sale salita, nec involuta pannis. Non peperit super te oculus ut faceret tibi unum de his, miseris tui: sed projecta es super faciem terræ in abiectione anime tuæ, in die quæ nata es.

¶ Sustinimus pacem, & non venit: quæsiuimus bona, & ecce turbatio: cognovimus Domine peccata nostra: * Non in perpetuum obliviscaris nos. ¶ Peccavimus im-

pie gessimus, iniquitatem fecimus Domine in omnem justitiam tuam. Non. Gloria Patri. Non.

S A B B A T O.

De Ezechiele Propheta.

Lectio j. Cap. 19.

Et tu assume planctum super principes Israël, & dices: Quare mater tua læna inter leones cubavit, in medio leuculorum enutrivit catulos suos? Et eduxit unum de leuculis suis, & leo factus est: & didicit capere prædam, hominemque comedere. Et audierunt de eo Gentes, & non absque vulneribus suis cepérunt eum: & adduxerunt eum in catenis in terram Aegypti. Quæ cum vidisset quoniam infirmata est, & perit expectatio ejus: tulit unum de leuculis suis, leonem constituit eum. Qui incedebat inter leones, & factus est leo: & didicit prædam capere, & homines devorare: Didicit viduas facere, & civitates eorum in deserto addicere: & desolata est terra, & plenitudo ejus à voce rugitus illius.

¶ Laudabilis populus, * Quem Dominus exercituum benedixit, dicens: Opus manuum mearum tu es, hereditas mea Israël. ¶ Beata gens cujus est Dominus Deus, populus electus in hereditate. Quem.

Lectio ij.

Et convenérunt adversus eum Gentes undique de provinciis, & expandérunt super eum rete suum, in vulneribus eorum captus est. Et miserunt eum in caveam, in catenis adduxerunt eum ad regem Babilonis: miseruntque eum in carcerem ne audiretur vox ejus ultra super montes Israël. Mater tua quasi vinea in sanguine tuo super aquam plantata est: fructus ejus, & frondes ejus creverunt ex aquis multis. Et factæ sunt ei virgæ solidæ in scepra dominantium, & exalta-

ta

DOMINICA II.

Novembris.

In primo Nocturno.
De Ezechiele Propheta.

Lectio j. Cap. 21.

Et factus est sermo Domini ad me, dicens: Fili hominis pone faciem tuam ad Jerusalem, & stilla ad sanctuaria, & propheta contra humum Israël: Et dices terræ Israël: Hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego ad te, & ejiciam gladium meum de vagina sua, & occidam in te justum & impium. Pro eo autem quod occidi in te justum & impium, idcirco egredietur gladius meus de vagina sua ad omnem carnem ab Austro usque ad Aquilonem: Ut sciat omnis caro quia ego Dominus eduxi gladium meum de vagina sua irrevocabilem.

¶ Vidi Dominum sedentem super solum excelsum & elevatum: & plena erat omnis terra majestate ejus: * Et ea quæ sub ipso erant, replébant templum. ¶ Seraphim stabant super illud: sex alæ uni, & sex alæ alteri. Et.

Lectio ij.

Et tu fili hominis ingemisce in contritione lumborum, & in amaritudinibus ingemisce coram eis. Cumque dixerint ad te: Quare tu gemis dices: Pro auditu: quia venit, & tabescet omne cor, & dissolvéntur univèrsæ manus, & infirmabitur omnis spiritus, & per cuncta gêna fluent aque: ecce venit, & fiet, ait Dominus Deus. Et factus est sermo Domini ad me, dicens: Fili hominis propheta, & dices: Hæc dicit Dominus Deus: Loqueret: Gladius, gladius exactus est, & limatus. Ut cædat victimas, exactus est: ut spléndeat, limatus est: qui moves sceptrum filii mei, succidisti omne lignum. Et dedi eum ad levigandum ut teneatur manu: iste exactus

tus

ta est statûra ejus inter frondes: & vidit altitudinem suam in multitudine palmitum suorum.

¶ Angustia mihi sunt undique, & quid eligam ignoro. * Melius est mihi incidere in manus hominum, quam derelinquere legem Dei mei. ¶ Si enim hoc egero, mors mihi est: si autem non egero, non effugiam manus vestras. Melius.

Lectio iij.

Et evulsa est in ira, in terramque projecta, & ventus urens siccavit fructum ejus: marcuerunt, & arefactæ sunt virgæ roboris ejus: ignis comedit eam. Et nunc transplantata est in desertum, in terra invia, & sitièti. Et egressus est ignis de virga ramorum ejus, qui fructum ejus comedit: & non fuit in ea virgula fortis, sceptrum dominantium. Plantatus est, & erit in planctum.

¶ Misit Dominus Angelum suum, & conclusit ora leonum: * Et non contaminaverunt: quia coram eo injustitia inventa non est in me. ¶ Misit Deus misericordiam suam, & veritatem suam: animam meam eripuit de medio catulorum leonum. Et non. Gloria Patri. Et non.

S A B B A T O

Ante Dominicam ij. Novembris.

Ad Magnificat, Antiphona.

Aspic Domine, quia facta est desolata civitas plena divitiis: sedet in tristitia domina Gentium: non est qui consolètur eam, nisi tu Deus noster.

Si Novembris habeat quinque Dominicas, tunc secunda Dominica leguntur sequentes Lectiones de Ezechiele: si vero habuerit tantum quatuor, Dominica secunda legetur liber Danielis positus in tertia Dominica: & Sabbato ad Magnificat, dicitur Antiphona Muro tuo. 335. & duabus sequentibus Dominicis leguntur I propheta: minores.